

NICOLAI  
VIGELII  
IVRISCONSULTI  
CELEBERRIMI

Methodus Iuris Feudalis, ab  
ipso auctore denuo reco-  
gnita & aucta.



Coll. Soc. I. D. S. V. S. A. M. F. X. H. O. N. O. R. I. G. I. U. M.

HANOVIAE,  
Apud Guilielmum Antonium,  
M D X C V I I.



ILLVSTRISSIMIS  
PRINCIPIBUS AC DOMINIS,  
DOMINO LVDOVICO, ET DOMINO  
MAVRITIO Landtgrauis Hassiæ, Comi-  
tibus in Catzenelnbogen, Dietz, Zi-  
genhain & Nidda, Dominis suis  
clementissimis,

*NICOLAUS VIGELIVS I.C.*

S. D. P.



VAMQVAM orbes cele-  
stes, Principes illustrissimi  
& clementissimi, propriis  
singuli & dissimilibus, sibi-  
que inuicem contrariis agi-  
tantur motibus, & in me-  
dio veluti cursu singuli nonnumquam tar-  
dant, nonnūquam veluti immoti subsistunt,  
quandoque regrediuntur, post rursus acce-  
lerant curriculum, ac velocitate cursus com-  
pensant, ac complent prioris moræ defectū,  
nec eundem semper tenent tramitem, sed a  
medio Zodiaci itinere nunc in Boreā, nunc  
in Austrum euagantur: denique a terra pro-



NICOLAI VIGELII IC.  
 METHODVS IVRIS  
 feudalis.

*De iure feudali in genere,*  
 CAP. I.



E feudis plures & magni nominis viri scripserunt, qui tamen & de rebus ipsis saepe inter se dissentiunt, & in dispositione iuris feudalis minime conveniunt: adeo alius alium ordinem ac methodum in hoc iure tradendo est secutus. In primis autem refert, quo loco ac ordine quidque vel doceatur, vel discatur. Siquidem confusa doctrina confusam quoque patit scientiam: quae quamvis copiosa, saepe tamen nos in rebus tractandis ad summam redigit inopiam, ut praeter vel pauca iusto didicisse ordine, quam plurima perplexe legisse. Cum autem in alio iure tam civili quam pontificio iustus desideretur ordo: tum in iure feudali adeo desideratur, ut & eodem titulo saepe res diuersas